

autumnū. Alexandrino palma, qui decerpitus asservatur. Mirumque postquam defecere cuncti flores, madefactus aqua reviviscit, et hibernas coronas facit. Verum Clemens Alexandrinus, lib. II, cap. viii, docet plenum amaranthum in celo duntaxat reperiri: « Pulchra, inquit, amarant corona illi reposita est, qui recte se gesserit: hum florem terra ferre non potest, colum solummodo eum ferre potest. Juxta quod sensus B. Petri crit, q. d. In celo tandem amaranthi coronam assequi libet: nec enim tellus florem aliquem immarcescibilem parit. Sanctorum ergo hereditatis et corona erit amaranthina et immarcescibilis, quia non tantum quoad substantiam erit incorruptibilis, sed et quoad qualitatem, speciem et voluntatem, semper in eodem flore, vigore et decoro permanebit. Secus est in marmoribus et gemmis, que licet sint incorruptibilis, polita tamen tantum ad tempus vigent et splendent; nam cum tempore splendorum illum et specimen deperdit, fuscantur et quasi senescent. Ex adverso in celis Sanctorum gloria et felicitas semper erit recent, semper florens, semper virens: unde post centum annorum millia tam suavis, tam juvanda erit, tamque mentem Beatorum delectabit, quam oblectabat primo die, quo illum perceperunt. Cujus rei causa est, quod haec gloria et delectatio quaquaversum sit constans, immutabilis, sicut semper similis, immarcescibilis et infinita, quasi mare quoddam gaudiorum. Hoc est quod ea canit S. Augustinus in *Medit.*:

Hinc horres, astas torrens ille nunquam seavit.  
Flos perpetuus rosarum ver agit perpetuum.  
Candens lilia, rubescit crocus, sudat balsamum;  
Virent prata, vernali sat, rivi melius influant,  
Pigmentorum spiritu odor, liquor et aromatum,  
Pendent ponca floridorum non lapsura nemorum.

Secus est in gaudiis terrenis, quae omnia licet maxima videantur, longo tamen usu fastidunt et nuseam parunt, imo quo magis gustantur, eo minus sapiunt: si igit sapere parit desipere, uti notat S. Gregorius, homil. 36 in *Evang.* Hoc est quod ait Sapiens, *Eccles. xxv*, 29: « Qui edunt me, adhuc esurient, et quibundit me, adhuc sident. Et S. Petrus, cap. II, 12: « In quem desiderant angeli prospicere. »

Beati ergo visione Dei ita satiantur, ut tamen sequi semper ad eam anhelen, eumque jugiter inueni desiderent. In nullo ergo minuitur eorum felicitas, sive quoad rem possessam, sive quoad ejus speciem et pulchritudinem, sive quoad ejus sensum, gustum et voluptatem; tanto enim sui sensu, gusto et voluptate affectus Beatos post milia annos, atque affect primo die, immarcescibilis ergo est. *Primo*, quia aetate non senescit. *Secondo*, quia tempore non deflorscit. *Tertio*, quia specie non flaccescit. *Quarto*, quia sapore non marescit. *Quinto*, quia maturitate non putrescit. *Sexto*, quia rugositate non decrescit. *Septimo*, quia aesti-

matione non vilescit. *Ex adverso* omnis hujus vite voluptas, ait Seneca, lib. *De Vita beata*, vi, « tunc eum maxime delectat, extinguitur, nec multum loci habet: itaque cito implet, et tedium est, et post primum impetum maret: nec id unquam certum est, cujus in motu natura est: ita non potest quidem illa esse substantia, quod venit transitive, celerrime in ipso usu sui peritum: eo enim pervenit, ubi desinit; et dum incipit, spectat ad finem. »

*CONSIDERATIONE IN COELIS IN VOBIS.* — *αἰώνιος*, id est, in vos, id est, vobis. Unde Syrus, *in parata est vobis*. S. Hieronymus, lib. *Contra Ieronimianum*, squar servatur in celis in vobis, id est vobis. Hinc Paulus ait cum « absconditur in Deo », *Coloss. cap. III, vers. 3*. Hinc et Christus electis dicit in die iudicii: « Venite, benedicti Patris mei, possidete paratum vobis regnum a constituzione mundi », *Matth. cap. xxv, 34*. Hic ergo hereditas nobis quasi filii a Deo certo paratur a « eternali », ut de ea dubitare non debeamus, si tamen ejus filiationem, gratiam et amicitiam constanter usque ad mortem retineamus; idque significari putat *Glossa voce conservatam*, quasi ea significetur cooperatio nostra, nostrisque liberi arbitrii. Verum minus recte: nam grece est *τηρεσία*, id est *servatam*.

Nota: Hereditatem celestem explicat S. Petrus per quatuor predicationem, Substantiae, Qualitatis, Quando et Ubi, sive temporis et loci. Substantia enim ait eam esse incorruptibilem, qualitate incontaminatam, tempore immarcescibilem, sit et loco celestem: in celis enim eam nobis asservari. Porro inter haec quatuor est apta conexio et ordo; nam ex primo cetera deriva consequuntur. Quia enim hereditas est *ἀἰώνιος*, id est *incorruptibilis*, natura sua, hinc qualitate est *ἀἰώνια*, id est *incontaminata*: que cum per essentiam sunt incorruptibilia, illa pariter sunt immixta, incomposita; idque pura, simplicia et incontaminata, ut Deus, coelum, angelii, anima rationalis; que vero sunt corruptibilia, eadem pariter sunt mixta, composita, idque impura et contaminata, uti sunt omnia corpora ex elementis confusa. Rursum, quia haec hereditas est *ἀἰώνια*, et incontaminata, idcirco est *ἀἰώνια*; et immarcescibilis: que enim marcescunt, aliquid in se habent, facili, sordis et impuritatis habent, quod dum sensim egerunt et quasi evanescunt, marcescunt est causa; que vero plana sunt pura, hoc nihil in se habent, quod marcescunt egerere aut obliuisci possit. Denique quia ipsa est *ἀἰώνια* et immarcescibilis, id est *ἀἰώνια*: *τηρεσία*, id est, *copers terra ἀερού*: terra enim et terrena, quia fecundantur, marcescant; coelum vero, quia purum et nitidum, est immarcescibile, ac consequenter talia pariter sunt *celestia omnia*.

Merito ergo S. Augustinus, sermoni 2 de omnibus Sanctis: « Tanta, ait, est pulchritudo justitiae, tanta jucunditas lucis aeternae, hoc est, incommuni-

tabilis veritatis atqua sapientie, ut, etiam si non licet in ea amplius manere quam unius diei mora, propter hoc solum innumerabiles anni hujus vita pleni deliciis et circumfluenta temporalium bonorum, recte meritoque contemnerentur. » Vere enim dixit Psaltes: « Quoniam melior est dies una in atris tuis super milia », *Psalm. LXXXII, 11*. At vero jam non uno die, sed millesimis, in infinitis, adeoque in eternum, in eternis omnibus ejusque deliciis perfuerint. Quam ergo illa ambienda, celerrime omnia despicienda sunt! Quam ad illam anhelandum, dicendumque cum nostro S. Ignatio: « Quomodo sorbet mili terra, cum colum aspicio! »

3. *QUI IN VIRTUTE DEI* (græco *δύναμις*, id est *potentia, robore*) *CUSTODIMINI PER FIDEM IN SALUTEM.* — *Sensus* est, q. d. Quibusnam Deus optim. max. hereditatem illam immarcescibilem conservat? vobis, quis quasi filios, velut pater non tantum genuit, sed et robusta potentie manus contra omnes infidelium, demonium, mundi et carnis insultus custodit, educat, duequit per fidem ad salutem eternam, que est hereditas illa immarcescibilis. Unde pro *custodimini* grece est *τηρεσία*, qua vox proprie ad castrenses excubias, et arcu[m] urbiumque custodias pertinet: has enim suis prestat Deus, uti prestat Ezechiel et Hierosolymæ obsecesse a Sennacherib, iusta pro missum Isaie, cap. XXXVIII, vers. 6: « De manu regis Assyriorum *εὐα* te et civitatem istam, et protegam eam ». El Zacharie, II, 3: « Ego ero el (Hierosolymæ), al Dominus, murus ignis in circuitu, et in gloria ero in medio ejus ». El *Psalm. XVI, 1*: « Dominus illuminatio mea et salus mea, quem timbo? Dominus protector vite mee, a quo trepidabo? Si consurgant adversum me castra, non timebit cor meum ». El *Psalm. XXXII*: « Amissit angelus Domini in circuitu *timentum* eum, et eriperit eos ». *In malitat*, scilicet se et suum praesidium, suas aries et castra, suas angelorum sibi subditorum legiones, sua tela et fulmina. Unde Hebreo*s* *πάντα chora*, id est *castrametabitur*; S. Hieronymus, *circumdat*; Chaldeus, *immortatur*. Ubi recte nota S. Basilius angelum ab magnitudine comparari integro exercitu, ob robur et fortitudinem muro, qui in circuitu nos tuerit et protegit. Talia fuere castra angelorum tabularium Jacobi patriarchæ, qui proinde locum ubi illa sibi apparuerunt, vocavit *Mahanaim*, id est genina castra, *Gen. XXXI, 2*. Talis fuit « mons pleius equorum et curruum igneorum in circuitu Elisei », angelorum utique, ut Eliseum contra Syrorum actes defendant, IV *Reg. vi, 17*. Similes excubias et custodias Deus benignissimus ceteris suis fidelibus et sanctis exhibet, ut merito de his cecinerit Psaltes: « Custodit Dominus omnia ossa corum, unum ex his non conteretur », *Psalm. XXXI, 21*. Unde et easdem sibi precatur: « A ro-sistentibus dexteris tue, ait, custodi me ut pumill oculi », *Psalm. XVI, 8*. Custodit ergo suos

Deus tunc per se, tum per suos anglos. Unde discimus neminem sibi suaque custodie debere confidere, sed eam tribuere Deo. Ipse enim est custos Ecclesie et gregis sui. « Nisi enim Dominus custodierit civitatem, frustra vigil qui custodit eam », *Psalm. CXXVI, 1*. Hoc est quod ait Dominus per Isaiam, *XLII, 2*: « Si transferis per agros, tecum ero, et flumina non operient te; cum ambulaveris in igne, non combureris, et flamma non ardebit in te ». Et *Psalm. XC*: « Scuto circumdat te veritas ejus, non timebis a timore nocturno, a sagitta volante in die, a negotio perambulante in tenebris, ab incursu et diemone meridiano ». Et mox: « Cum ipso sum in tribulatione, eripiam eum, et glorificabo eum ».

PER FIDEM. — Fides ergo est fidelium custodia; fides, inquit, non nuda et mortua, sed viva et grata ac charitate animata, uti dixi *Iacobii II, 14*. Unde S. Chrysostomus et Beda per fidem accipiunt Christianam religionem, Christique gratiam, que non justificat. Fides ergo et gratia est instrumentum, et quasi custodia militaris, qua Deus fideles custodi, tum ne in pristinum gentilismum et errores relabantur; tum ut tentationibus carnis et diaboli resistant; tum ut persecutions pro Christo et veritate fortiter sustineant; tum ut Christiana et heroicæ fidei et virtutum opera edant, qualia recenset Paulus a priscis fidei heroibus patratis, *Hebr. XI*. Fides enim qua quis credit se, si Deo serviat, pro coqu laboret et pafatur, ab eo eternis maximisque premiis donandum, excitat fidelem ad omnia audendum et tolerandum. Fides ergo per fidem resistunt diabolo, *I Petri V, 9*; ejusque ignes teli extingunt sentio fidei, *Ephes. cap. VI, vers. 16*. Unde: « Ille est victoria que vincit mundum, fides nostra », ait S. Joannes, *I epist. V, 4*. Quo simul monet novellos fideles ut fidem gratiamque Christi super receptam, integrum et illibatam constanter teneant, in eaque perseverent, si hos fidei fructus, si bel opem et salutem, et celestem hereditatem assequi cupiant. Ita *Ecumenius*; Christus enim fideles in fidem suam constantes protegit et celo, uti pro eisdem oravit vivens in terra: « Pater sancte, serva eos in nomine tuo, quos dedisti mihi ut sint unum sicut et nos ». Et mox: « Cum essem cum eis, ego servabam eos in nomine tuo: quos dedisti mihi, custodivi, et nemo ex eis perit, nisi filius perditionis », *John. XVII, 11*.

IN SALUTEM. — Salvs est aeterna vita et gloria Beatorum; vox in signo finem, fructum et premium fidet, quasi dicas: Fides tendit et dicit ad salutem, salusque est fidet terminus, fructus et premium. Fides enim et gratia est salus inchoata, gloria vero est salus consummata. PARATAM REVELARI (que parata est ut reveletur): *Paginus* in *TEMPORE NOVISSIMO*. — Salus haec anime cuiusque fidelis plena expiata statim a morte revelatur, secreto in iudicio particulari; sed in tempore novissimo, puta in die iudicii,

publice coram toto mundo revelabitur, non solum in anima, sed et in corpore cujusque beatum immortalem. Nimis haec salus est hereditas incorruptibilis, incontaminata et immarcessibilis, ad quam Deus Sanctos ab eterno destinavit et elegit, quanquam eis parvum et conservat in celis.

**Nota:** *Tu revelari* significat salutem et gloriam coelestem nobis obscuram esse, et per fidem quasi per umbras et ienigma tantum a nobis conspicere; in die vero iudicii fore revelandam, cum fides vertetur in speciem, spes in rem, promissio in donationem, expectatio in possessionem. Hoc est quod ait S. Joannes, *epist. I, cap. iii, vers. 2:* « Nunc filii Dei sumus, et nondum apparuit quid erimus : scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus. » Et ex Isaiâ S. Paulus : « Oculis non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendiit, que preparavit Deus iis qui diligunt illum, » *I Corin. II, 9.*

**6. In quo exultabis.** — Pronomen quo non nulli censent referri tempus novissimum, quod proxime precessit, q. d. In tempore novissimo, puta in die iudicii, exultabit, dum videbitis vos pro modica tentatione, quam in hac vita sustinetis, beati et donari gloria eterna. Unde Syrus vertit, *Iatobianum in eternum.*

Melius alio modo in quo censem referre omnia precedentia, q. d. In quo, id est, qua in re, si videlicet recognitis, quod Deus vos regeneravit in spiritu vivam hereditatem eternam, revelandam in tempore novissimo, utique exultabit in hac regeneratione et spe via hereditatis celestis, etiam in mediis temptationibus ; quia haec sunt modice et breves, hereditatem illam merentur, eoque recto trahite vos ducent. Ita OEcumenius, Potest quoque futurum exultabit more Hebreo accipi pro imperativo exultate, aut pro indicativo exultare debet, aut pro coniunctivo exponit est ut exultetis. Unde grece est ἔπεισθε, quod partim est indicativi modi, significans exultatus, ut veritatem Pagninus et Tigurina ; partim imperativi, significans exultate. Ita Christus et proposito sibi gaudio sustinuit crucem, » *Hebr. xii, 2.* Sic et S. Agatha et Martyres ibant ad ignes, equos et tormenta, quasi ad epulas, nuptias et triumphos. Christiani ergo est gaudere in omni tribulatione, tentatione et tristitia. Licit enim tribulatio affligat corpus, sensum et portionem inferiorem anime, in eaque causa et tristitia, tamen eadem causa letitiam, eamque ingenient in portione superiori anime, puta in ratione, mente et spiritu, dum cogitat tribulationem sibi paritam coronam eternam. In spe ergo et merito huius corone gaudet, dura est in tribulatione et tristitia ; atque haec spes tristitiam commutat in letitiam, uti Christus in Cana commutavit aquam in vinum, adeo ut in ea praegaudio exiliat et exulet, nolitque ea carere, imo durare et augeri eam optat. Graecum ἔπεισθε, id est exultare, dicitur quasi ἔπεισθε, id est, quod oportet vos in vita hac tot

est, valde saltare ; sicut S. Joannes Baptista praeauerbo Christum incarnatum, exiit in utero matris, *Lucas I.*

Consonat S. Petro S. Paulus, dicens *II Corinth. vii, 4:* « Repletus sum consolatione, superabundans gaudio in omni tribulatione nostra. » Et S. Jacobus, cap. I, vers. 4 : « Omne gaudium existimat, fratres mei, cum in variis tentationes incideritis ; ubi multas huius gaudi causas recensuimus.

**Modicus nunc si oportet contristari.** — Pagninus, *muc ad breue tempus affecti, si opus sit, q. d.* Exultabitus nunc modo tempore affecti et contristati, si necesse sit, si videlicet afflictio et tristitia ingrat et irruit, ut haec vita omnibus, praesertim fidelibus, stepe contingit. Vita enim nostrae circumessa est molestia, persecutionibus et temptationibus, que necessario parunt tristitiam, ideoque in ea contristari est unum oportet, ut vulgo dicunt, quod evitari nequit ; sed ferendum est, iuxta illud :

Quidquid id est, superanda omnis fortuna ferendo est.

Alludit ad id quod Christus abiiturus suos premonit, dicens : « Modicum, et non videbitis me, et iterum modicum, et videbitis me. Amen, amen dico vobis, quia plurabitis et fletibitis vos, mundus autem gaudebit ; vos vero confortabimini : sed tristitia vestra revertetur in gaudium, » *Joan. XVI, 19.* Omnes enim dolores et moeres, aequa ac gaudia huius vite, sunt modicum nunc, id est, exiguum quid, tum quantitate, tum duracione, instar puncti et momenti, iuxta illud Pauli : « Id quod in praesenti momentaneum est et love tribulationis nostra, supra modum in sublimitate eternum glorie pondus operatur in nobis, » *II Corinth. IV, 17.*

**Nota primo:** Singula verba habent emphasis, nonquam rationem tolerantiae et exultationis suggerunt, q. d. Exultate in temptationibus. **Primo**, quia illae modice sunt respectu immense glorie et corona, quam eius in celo adorant Christus, iuxta illud *Sapient. III, 5:* « In paucis vexati, in multis bene disponuntur. » **Secundo**, quia breves, durant enim unum nunc, id est momentum. Hoc enim « vita est momentum unde pendat eternitas. » **Tertio**, quia oportet et necesse est eas tolerari. Quis non subdat se necessarii ? quis contra fatum pugnet ? **Quarto**, addit si, dicens si oportet, q. d. Tribulationes non semper, nec omnibus, sed aliquando nunc his, nunc illis ingruunt : sponte ergo capessite vestram aleam, vestram vicem et sortem, Ita OEcumenius. **Quinto**, quia sunt tentations, id est exercitations et explorations, quibus Deus exercet et explorat vestram patientiam et virtutem.

**Nota secundo,** id est quadrupliciter posse accipi. **Primo**, proprium, ut notet intentionem, q. d. Non dico absolute vos oportere contristari, sed conditione, ut si oportet vos contristari, id ipsum patienter toleretis. **Secondo**, causaliter, ut idem sit quod quia, q. d. Quia oportet vos in vita hac tot

eternum vallata sope contristari, idcirco id ipsum tolerante, et ex necessitate facite virtutem. **Tertio**, comitanter, ut sit idem quod cum, q. d. Non dico oportere vos semper contristari, sed si, id est, cum oportet, cum sciificet illa ingruit. **Quarto**, per concessionem pro esto, q. d. Exultabilitis in spe glorie, esto modicum nunc oportet vos contristari.

Moraliter modicum hoc passionum, cui debetur aeternum premiorum, excitare nos debet ad praestandum in iis omnem animi alacritatem, fortitudinem et constantiam. Nam, ut ait S. Eucherius ad Valer. : « Nil est magnum re, quod parvum tempore ; nec longis dilatar gaudis, quidquid arcto fine conclusur. » S. Basilus, lib. *De Leg. Gentil.*, laudat Biantium dicentes se studire virtuti, ut illam quasi viaticum senectus possideret. At tu, inquit, o Christiane, ad futuri seculi, cuius non est finis, possessionem, compara viaticum, puta virtutes : illi enim comparata omnia tempora, nihil sunt.

**S. Augustinus in Psal. XXXVI:** « Pro aeterna, ait, requie aeterna labor subeundus erat. Eternam felicitatem accepturus, eternas passiones sustinerne deberes : nam etsi mille annorum esset, appende mille annos contra eternitatem, quid appendis cum infinito quantumcum finitur ? Decem milia annorum, decies centena milia, et milia milium, que finem habent, cum aeternitate comparari non possunt. Pauorum dierum est tota vita hominis : etiam si leta duris non miserentur, quip plura et longiora sunt certe, quam dauerunt, et ideo breviora et pauiora sunt dura, ut durare possimus. Si ergo per totam vitam suam homo in laboribus et in eruminis esset, in doloribus et in tormentis, in carcere et in plagiis, in fame et siti, omnibus diebus, horis omnibus per totam vitam suam usque ad aetatem senectutis, pacies dies tota vita hominis : quo labore transacto veniet regnum aeternum, veniet sine fine felicitas, veniet equalitas angelorum, veniet hereditas Christi, veniet coheres Christus : pro quanto labore quamdam mercede accipimus ? Veterani homines, qui laborant in militia, et versantur inter vulnera tot annos, incipiunt militare a juventute, exueni senes, ut habeant pacios dies quietos senectutis suis, quando eos jam ipsa etas incipit gravare : quos bella non gravant, quanta dura tolerant, quae itinera, quae frigori, quos soles, quantas necessitates, que vulnera, que periculi ? et non attendunt patientes hec omnia, nisi pacios dies quietos illos senectutis, ad quos utrum perveniant nesciunt. » Et S. Chrysostomus, hom. *De Lazar.* : « Si quis, ait, in centum annis vidisset per unam noctem suave somnum, multisque delicias per somnum fructus centum deinde annis cruciare, potius in vellet unam noctem quam somniavit, centum annis sequiparare ? Hoc de future vita cogita. Nam quod est somnium unum ad centum annos, hoc est presens vita ad futuram, immo multo

minus : quod est exigua gutta ad pelagus immensus, hoe sunt mille anni ad futuram illam frumentum ; quantumque interest inter somnia et res veras, tantum interest inter hujus vite statum et illius. »

Ita brevitatis passionum et eternitatis premiorum cogitationem, quasi stimulum aerem ad profectum suis discipulis commendabat S. Antonius.

Audi eum apud S. Athanasium : « Hoc sit primus cunctis in commune mandatum, nullum in arte propositi vigore lassescere, sed quasi incipientem angere semper debere quod caperit, praesertim cum humana vita spatia aeternitati comparata brevissima sint. » Et mox : « Promissio vita semperne vili pretio comparatur. Scriptum est cuim : Dies vite nostrae septuaginta anni : si autem in potentibus, octoginta. Quando ergo octoginta aut centum annos laborantes in Dei opera vixerimus, non pari tempore regnatur sumus in futuro, sed pro annis predictis omnium nobis seculorum regnum tribuenlur. Non terram hereditabimus, sed celum ; corpus quoque corruptum relinquentes, id ipsum cum in corruptione recipiemus. Ergo, filoli, non vos aut tedium defalget, aut vanae gloria delectet ambitio. Nemo cum asperxerit mundum, reliquise se arbitretur ingentia : quia omnis terra ad infinitum comparata celorum, brevis ac parva est. » Et rursus subdela opes omniaque huic vite vitae bona necessaria esse relinquenda in morte : « Cur ergo, inquit, non facimus de necessitate virtutem ? Cur non ad lucrandum regnalia ultra relinquimus, quod lucis istius fine perdendum est ? » Et infra : « Ad inertiam calidam Apostoli precepita replicemus, quibus se mori quotidie testabatur. Cum enim excitati a somno, ad vesperam nos pervenire dubitemus, et quieti corpora concedentes, de lucis non confidamus adventu, non delinquemus, aut aliqua fragili cupiditate raptabimur ; sed nec irascemur quidem adversus aliquem, nec terrenos congregare thesauros ambiemus : quin potius metu quodidiani recessus, et sejungendi corporis jugi meditatione omnia cedula calcabimus. »

**CONTRISTARI.** — Gagneius et Hesellinus sententiam legendum contristati : grace enim est λαύρισται, id est afflictio, contristati : sed eodem redit sensus, et clarus molliusque veritas, si cum Nostro sentientiam sic evolvas et revolvas : « Si oportet contristari, » q. d. Non dico absolute, nec jubeo semper vos contristari, sed si oportet vos contristari, patienter ferotie. Rursum, q. d. Exultabilitis in spe glorie, si (esto) oportet vos modicum nunc contristari : quo insinuat non accersandam, nee querendam esse persecutionem et tribulationem, sed potius infirmis declinandam et fugiendam : si tamen ingrat, patienter et fortiter esse sustinendam. « Quid necesse est, ait Senecca, *epist. 24,* mala accersere, et sati cito patienda cum venerint, presumere, ac presens tempus futuri metu.

perdere? Est sine dubio stultum, quia quanquam futurus sis miser, esse iam miserum. »

In variis tentationibus, — ταπεγματι, id est tentationibus et experimentis, ut verit. Tigurina, q. d. Tribulationes varix, quibus quis nunc morbo, nunc pauperate, nunc calunnia, nunc persecutio, nunc cupiditate appetitur, cum illisque conflictatur, sunt tentationes et experimenta, quibus Deus explorat quanta in nobis sit virtus et constans, eamque excusat, aut, roboret et inducat: omnes ergo generose sustinere oportet. Sapiens, inquit Seneca, prebet se fato, sicut silex ferient. « Duritia scilicet, inquit ipse De vita beata, xxvii, nulli magis quam frumentis nota est. Prebeo me non aliter quam rupes aliqua in vadosa mari destituta, quam fluctus non desinunt, undecimque moti sunt, verberare, ne ideo aut loco eam movent, aut per loco atlantes crebro incursu suo consumunt. »

7. UT PROBATIO VESTRE FIDEI MULTO PRETIOSIOR AURUM. — Vox ut explicit et oportet: dat enim causam eum oporteat nos affligi et contristari in variis tentationibus. Causa enim est ut fides et constantia nostra probetur, roboretur, cibebatur et coronetur. Unde pro probatio greco est ζητησις, id est exploramentum, experimentum, proba fidei, hoc est, fides probata et explorata: haec enim laudatur, non ipsa probatio fidei, que fit a diabolo et tyranno, ac mullos sepe in lapsum et ruinam adgit. Rursum vero est pretiosior auro per ignem probata, et a seorsis defecata. Sicut enim aurum non tantum factu Lydii lapidis, sed multo magis et certius probatur per ignem in fornace, ignis enim aurum purum separat a seoria: ita Christiani fides probatur igne tribulationis, qui fideles et constantes separant ab infidelibus et inconstans longe est pretiosior auro; Graeca adducta ἀπολόγησι, id est perente et perdente; si enim aurum quod per multos perdit (multis enim est perniciousum, causaque mortis anime et corporis, praesentis et aeternae) per ignem probatur, multo magis fides charitate formata, que in omnem evum perennabit, et fideles servabit et salvabit in eternum, tribulatione probanda et exploranda est. Quod ergo ignis est auro, hoc tribulatio est: ignis aurum non perdit, sed servat, primumque et splendidum efficit; sic et tribulatio justum non perdit, sed roboret et illustrat.

Audi Plinius auro doles recentem, lib. XXXIII, ap. iii: « Nec pondere, ait, aut facilitate materie relatum est ceteris metallis, cum cedat per struimus plumbum; sed quia rerum uni nihil igne deperit, tuto etiam in incendiis regisque durante

materia. Quinimo quo sepius arsit, proficit ad bonitatem. Aurique experimento ignis est, ut simili colore rubeat quo ignis. Atque ipsum obrysum vocant. Primum autem bonitatis argumentum est, quam difficillime accendi. Secundo: Murem, ait, pruna violentissima igni indomitum, palea citissime ardescere; atque ut purgetur cum plumbo coqui. Tertio, altera causa prelli major, quod quam minimum usus deterit; cum argento, are, plumbu, linea producant manus sordescant decidua materia. Quarto, nec aliud latus dilatatur, ant numerosus dividitur, utpote ejus unicae in septagenas et quingenas, pluresque bracteas, quaternum utroque digitorum spargantur. Quinto, super cetera non rubigo ultra, non arugo, non aliud ex ipso quod consumat bonitatem, minuatus pondus. Sexto, contra salis et acetis succos domitores rerum constantia. Septimo, super omnia natura ad texitur lumen modo, et sine lana. Tunica aurea triumpphas. Tarcinum Priscum Verrius tradit. Attalicis vero iam pridem inventum regum Asiae. »

Hec facile est applicare justo: nam primo, igne, id est tribulatione, nihil virtutis in eo deripit, sed potius acrieret. Secundo, mirum est quod justus igni tribulationis resistat, et palea humana misericordia per commiserationem inardescat. Tertio, nihil virtutis ex eo conversatio cum singularibus deterrit, sed suam ipse vim et spiritum in eos affricando exercit. Quarto, dilat sua charitatis viscera in omnes latissime et minutissime. Quinto, nulla ex eo prodit invictus antistrictus arugo, que ejus bonitatem minuatur. Sexto, constanter resistit sali et aecto, id est, ire et mordacitatem. Septimo, flexilis est, sinuque se quibusvis rebus, licet vilibus et molestis inseri, ut alios prostrat eosque ornat. Ita S. Job, cap. xxv, vers. 10: « Ipse (Deus), inquit, scit viam meam, et probavit me quasi aurum quod per ignem transit. » Et David Rex: « Probasti nos, Deus, igne nos examinasti: sicut examinatur argumen, etc. Transivimus per ignem et aquam, et eduxisti nos in refrigerium, Psalm. LXV, 10. Ita S. Laurentius assatus in craticula: « Probasti, ait, cor meum, et visitasti nocte: igne me examinasti, et non est inventa in me iniuriosa, » putata infidelitas, quia in medio igne fideliter et constanter tibi adhesi, Psalm. XVI, 3. Ita de Martyribus et patientibus dicitur, Septim. m, 6: « Tanquam aurum in fornace probavit illos, et quasi holocausti hostiam accepti illos. » Et Eccl. XXVII, 6: « Vasa figuli probat fornax, et homines iustos tentatio tribulationis. » Sie tres pueri Danielis socii probati sunt an essent fideles Deo suo, in igne fornaces Babylonicae, Daniel. m. Ita Machabei ab Antiocho in sarcagine fixi probant suam fidem Deo, II Machab. VII. Ita Sancti in fine mundi affiguntur igne acerrima persecutio ab Antichristo, « ut confundantur, et elegantur, et valentur. » Daniel. XI, 36. Dura itaque est

huc probatio, durum examen, durum tentamen, sed modicum et breve respectu aeterno corone, quam eis in celo adornat Deus. Ita S. Sebastianus, SS. Marcius et Marcianum acriter tentatos et afflictos, ut a Christi fido deficerent, hac ratione animavit, et ad martyrium confirmavit: « Tormenta, inquit, vel levia sunt, vel gravia et acris. Si levia, tolerabilia sunt; si acris, non durant, sed patientem ad mortem adiungit, et per mortem ad immortalitatem transmittunt. Tolerare ergo amo quoniam levia, quia illa brevia, hec modica sunt; illa cito extinguit, huc brevi extinguentur. » Ut fias Laurentius, ignem subeas oportet; ut Vincentius, ex auleum hilarior patire necesse est; Jobum fixxit omnigena calamitas, Tobiam formavit cecitas, Josephum columnam, Davideum persecutio, Daniilem leones, Machabeos sarlagines.

INVENIATUR IN LAUDEN ET GLORIAN ET HONOREM, IN REVELATIONE IESU CHRISTI. — Inveniatur, a sollicito fuisse et cessisse fides in laudem, etc., quia scilicet vestra fides totum tentationibus probata vos laudabiles et gloriosos efficit in celo et terra. Spectarunt enim eam angeli, et laudarunt: videbant et audierunt homines, eamque celebrabant et admirabantur. Secundo, « inveniatur, » id est sit, vel cedat, q. d. Ut fides vestra ita probata, sit vobis laudi, cedatque vobis in gloriam et honorem in die iudicii, quando Christus judex eam toti mundo declarabit, laudabit et corona aeterna donabit. Inveniri enim saepe per metalepsin ponitur pro esse, quia quod est, inveniri potest; quod non est, inveniri nequit. Sic de angelis e celo cum veliero ruentibus dicitur, Apoc. XII, 8: « Neque locus inventus est cerum amplius in celo, » id est, nullus fuit eis amplius locus in celo, sed in tartaro. Sic Eccl. XXXI, dicitur: « Beatus vir qui inventus est sine macula; » inventus est, id est, fui immaculatus, ut talis inveniri posset. Unde explicans subdit: « Qui post aurum non aurum, » etc.

Nota: Christus in die iudicii laudabit fidem et virtutem iustum: que sane laus erit maxima, tum quia fiet coram omnibus angelis et hominibus, qui unquam fuerunt, sunt, vel erunt; tum quia fiet a Christo, qui est eterna veritas ac maiestas: ipse enim est Rex regum et Dominus dominatarum; tum quia haec laus durabit per omnem aeternitatem in premio et laurea aeterna, quam pro meritis cuique dabit Christus. « Dicit ergo: Venite, benedicti Patris mei, possidete patrum vobis regnum a constitutione mundi. Esurivi enim, et dedistis mihi manducare, etc. Euge, serve bone et fidelis, quia super pauca fuisi fidelis, super multa te constitutum: infra in gaudium Domini tui, » Matth. XXV, 21. Veni, Petre, qui Romanam Ecclesiam tuo labore et sanguine fundasti: acceperis coronam tui laboris et sudoris. Veni, Paule, qui omnes gentes docuisti: acceperis coronam tui doctatoratus. Veni, Ste-

Ta sola animorum mentemque peruris,  
Gloria.

Et illud Mutii Scavola manum urentis: « Tam vultus est corpus gloriam spectantibus. » Rursum haec gloria non tantum verbalis erit, sed et realis; quia consistet et perdurabit in regno glorioso,

quod eis dabit Christus, juxta illud *Sapient.* v. 16: « Accipient regnum decoris et diadema speciei de manu Domini. » Honorabil ergo et glorificabit electos Christus, cum eos creabit reges, donabitque regno caelesti et eterno, juxta illud *Apoc.* v. 10: « Fecisti nos Deo nostro regnum et sacerdos, et regnabimus super terram. » O quam gloriosum est regnum, in quo cum Christo regnanti omnes Sancti hic abiecti et abjecti! amici stolis albis sequuntur Agnum quocunque ierit.

In REVELATIONE IESU CHRISTI, — puta in die jugdii: hec enim vocatur dies revelations, tum quia in eo revelabitur Christus, qui iam non est absconditus et invisibilis; tum quia in eo revelabuntur ejusque opera et merita, quia hic absconditur, immo sepe a malevolis per caluniam denigratur, obsevatur et infamantur. Impii enim prius hi traducunt quasi hypocritas, quod pietatem simulent, ejusque inanem umbram et laudem hominum caplent. Christus ergo justus judex eorum pietatem, virtutem, integratem et sinceritatem revelabit, totique mundo patefacit et celebrabit.

8. QUEM CUM NON VIDERITIS DILIGITIS. — Esto enim aliqui proficentes in Judeam, poterant ibi Christum vidisse, multa tamen domi manentes cum non videbant: hi ergo credebat in Christum non visum, sed auditum, eumque summe diligebant. Hec scilicet est natura fidei et dilectionis eam consequens. « Quid est enim fides, nisi credere quod non vides? » ait S. Augustinus, tract. 40 in *Ioann.* « Fidei autem opus est dilectio, » ait ideum in *Psal.* xxxi. « Ecumenius censem hec referi ad excitantem fidem spem et robur in adversis. « Si enim, ait, oculis carnis ipsum non intuiti, ex sola auditione amat, considerate quantum amorem ubi eum videritis, pro vobis feritis, presertim cum in gloria vobis revelabitur. Si enim passio eius ita vos attrahit, quando vobis in splendoru insuperabilis apparbit, quem in modum animum vestrum affectus est. » Unde S. Augustinus, lib. I *De Pec. merit.* xxvii, sic legit: « Quem ignorabatis, in quem modo non videntes creditis, quem cum videritis exultabis gaudio inenarrabili. »

Porro mira fuit primorum fidem erga Christum affectus et dilectio, ut pro eo gaudent non tantum bonis spoliari, probris affici, verberari, fustigari, sed et morte muletari. Unde illud Ignatii, epist. ad Rom.: « Amor meus crucifixus est. » Et quis cogitans Jesum, id est, Deum pro se incarnatum, passum, crucifixum, non eum totis viscibus diligit? Quis non amet amorem? quis non diligit dilectionem? Jesus enim primo, qua Deus, est summa bonitas, summa sapientia, summa potentia, summa clementia, summa maiestas; ergo summe diligibilis, juxta illud *Math.* xxii: « Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et in tota anima tua, et in tota mente tua. » Secundo, qua homo plenus est gratia, veritate et

virtute, adeoque in eo omnes thesauri sapientiae et gratiae sunt reconditi, atque ex eo quasi capite in nos velut membra derivantur. Ergo ipsum ut caput nostrum, omnisque boni fontem et parentem diligere debomus. Tertio, per humanitatem nostram a se assumptam, nos sibi et Deo arctissime copulavit, nosque sibi cognatos et fratres effecit: descendendo enim ad nostrum naturum, eamdem ad Deitatis thronum ascendere fecit. Præclare B. Petrus Chrysologus, serm. 150: « Christus ait, venit suscipere infirmates nostras, et suas nobis conferre virtutes; humana querere, prestare diuinam; accipere injurias, reddere dignitatem; ferre fæcia, referre sanitatis: quia medies qui non fert infirmitates, curare nescit; et qui non fert cum infirmo infirmatus, infirmo non potest conferre sanitatem. Quis talen tanquam medicum infirmus non diligit? Quarto, summis beneficiis nos sibi devinxit, quando ut redemptor, salvator, doctor et legislator noster annuntiavit a se voluntatem Dei Patris, eum fidem edocuit, spem confirmavit, miraculis probavit, accedit charitatem sanctissime vite exemplis, mores formavit, sanguine suo peccata nostra erlit et expiat, tormentis suis plurimi et acerbissimi pro nobis Patri satisfecit, propria morte mortem nostram superavit, resurrectione denique et ascensione sua in celos æternæ vite aditum nobis reseravit. Quinto, his addit partularia beneficia, gratias et dona, que cuique fidelis clargitus est et in dies singulis multa et magna elargitur. Quis haec mente revolvens, astimans et ponderans amore Jesu non accendatur, liquefatur et diffundatur? Ut cum sponsa dicat in *Cant.*: « Dilectus meus mihi et ego illi, qui pascir inter lilia, donec aspiret dies et inclinaret umbra. Fasiculus myrræ dilectus meus mihi: inter ubera mea commorabitur; omnia poma, dilecte mi, nova et vetera servavi tibi. Fulcite me floribus, stipate me malis, quia amore languo. » Quoicunque Clemens Alexandrinus, lib. IV *Strom.*, cap. vii, docet virum perfectum maximo repleri gaudio, cum pro Christo suo, quem non videt, multa patitur.

In QUEM NUNQUA NON VIDENTER CREDITIS: CREDENTES AUTER EXULTARIS. — Tz creditis non est in Greco, sed includitur in tz credentes, q. d. « Quem cum non videatis, creditis tamen. » Noster Turrianus, tract. II *De Euchar.*, XVI et seq., atque ex Salmeron, haec ad litteram accepit de Eucharistia, q. d. In Eucharistia, quam post baptismum sumitis, non videtis Christum; creditis tamen realiter esse presentem, idque eum manducantes exultatis letitia inenarrabili, ut in sacra eius communione exultavit S. Monica, dicens: « Cor meum et caro mea exultaveunt in Deum vivum, » a S. Franciscus, S. Catharina Senensis aliisque Sancti, juxta illud *Psal.* xxxiii, 9: « Gustate et videte, quoniam suavis est Dominus. » Unde et sequitur: « In quem desiderant angeli prospere; » et: « Propter quod succinti lumbos men-

tis vestre, » etc. Ille enim verbis videtur alludere ad Agnum typicum, quem comedebant sacerdoti ad iter in terram promissam, qui erat typus Eucharistie, que est cibus et viaticum proficuum in celum. Eadem haec adaptat S. Thomas, opuse. LVIII *De Sacram. Altar.*, cap. xv. Verum hic sensus potius accommodatus est aut mysticus, quam literalis. Loquitur enim Petrus absolute de fide in Christum, quem oculis non vidimus, sed fide credimus esse nostrum Redemptorem. Nam, ut ait S. Gregorius, homil. 26 in *Evang.*: « Fides non habet meritum, cui humana ratio prebeat experimentum. »

EXULTABITIS — non tantum in futura beata vita, sed etiam in praesenti, plena molestiis et tribulationibus. Unde Graeca habent ταχατεῖσθαι, id est exultatis, juxta illud Pauli Petri concinens: « Gaudete in Domino semper, iterum dico gaudete, » Philip. iv, 4. Vide dicta ibidem, et *Jacobi* cap. i, vers. 4. Porro perperam hinc inferat Catharinus, Santos certos esse se esse in statu gratiae: exultatio enim Sanctorum in hac vita non est limpida, sed mixta cum timore et tremore, *Psalm.* cap. 11, vers. 4.

LETITIA INENARRABILI, — tum ob spem future glorie fidelibus a Christo promissa, que est inenarrabili, juxta illud *Psalm.* xxxv, 9: « Inebriabuntur ab ubertate domus tue, et torrente voluptatis tu polabis eos; » torrente, non vitro, non calice, non poculo; torrente, quo eos inebriabis, imo obrues et sepelies, quasi in oceano gaudiorum; ita enim est divinitas, cuius visione et fructuone heabimur. Ita S. Ephrem, lib. I *De Resurrect.* et *Jud.*, cap. ii: « Has, inquit, probabiles habentes ineffabiles, exultamus exultatione inenarrabili et glorijsa. » Tantum enim in celis est Beatorum gaudium, ut de eo suis dicat Christus *Math.* xxv, 23: « Intra in gaudium Domini tui, » q. d. Gaudium hoc tantum est, ut corde tuo capi nequeat, ac præcide non illud in te, sed tu in illud intraheris tu, tum quia per fidem et gratiam possidemus Christum, cuius suavitatis est inenarrabili; tum quia Christus cordi suorum consolationes et gaudia ineffabili, quasi preustum quedam coelestis beatitudinibus suggerit et instillat, ut cum S. Xaverio dicant: « Satis est, Domine, satis est. Nec enim vasculi cordis mei angustia tanta capi *concupiscentia*. » Et cum Psalte: « Letatus sum in his quae octa sunt mihi, in dominum Domini ibimus, » *Psalm.* cxxi, 1. Et cum S. Francisco: « Tanta est gloria que me expectat, quod omnis pena me delicta. » Hursus: « In sola cruce est perfecta letitia. » Porro idem sui Ordinis fratribus dicebat: « Quod si Dei servus studeat letitiam spiritalem interiorum exteriorumque semper conservare, que ex cordis munditia oritur, ac per devotionis exercitia foveatur, nihil ei demones noceere poterunt, immo confusici dicent: Siquidem homo iste tam in adversis, quam prosperis letitias vallatur, non inveniens auditu-

ad ipsum. Tunc autem exultant daemones, quando letitiam hanc spiritalem extinguere vel impeditre possunt. » Rursum: « Beatus ille religiosus qui non haurit jucunditatem et letitiam, nisi in sanctis eloquii et operibus Domini; et per haec ipsa alias provocat ad amorem Dei cum gaudio et letitia. » Vix autem religioso, qui delectatur verbis inanibus et otiosis aliis ad risum provocantibus, Ex letitia ergo externa percipiebat fervorem, et sollicitudinem, dispositionem quoque et promptitudinem animi ad bonum libenter amplectendum, » ait Auctor *Speculi vita ejus*, part. I, cap. lxii et lxiii. Denique hoc est « manna absconditum, quod meno scit nisi qui accipit. Non illud eruditio, sed uncio docet: nec scientia, sed conscientia comprehendit; sapientia est cuius pretium nescit homo: de oculis trahitur, nec in terra suaviter viventium invenitur ista suavitatis. Nimirus suavitas Domini est, » ait S. Bernardus, *De Convers. ad Cleric.* cap. xxii.

GLORIFICATA, — id est glorijsa, tum ob rem, tum ob spem glorie celestis. Hinc dicitur « glorificata, » q. d. Letitia haec vestra vestita et perfusa est gloria, quia ob gloriam celestem, quam spem ratis, letitiam, adeoque haec letitia est prægustus illius glorie. Unde Cajetanus: « glorificata, » inquit, dicitur, tum ex parte materia, quia est de glorificato Iesu, quem diligis, et in quem creditis; tum ex parte forme, quia participatio quedam est glorijsa letitiae Beatorum. Alter Hugo: « Glorificata, » inquit, id est, glorijsa reputata a Christo, aut ab eo nobis glorijsa data. Et Thomas Anglicus: « Glorificata, » inquit, id est, a Deo laudata. q. d. Impi rideant letitiam fidem ob spem future glorie, a vero Deo in iudicio em laudabit et glorificabit.

9. REPORTANTES FINEM (puta mercedem) FIDEI VESTRE, SALUTEM ANIMARUM VESTRARUM. — « Reportantes, » tum in praesenti, tum potius in futuro, id est reportari, cum scilicet exultabilitas in celo, ut praeescit: in praesenti enim reportamus salutem animarum inchoatam per gratiam et justitiam; in futuro reportabimus salutem plenam, per felicitatem et gloriam, q. d. Ex fide que creditis in Christum quem non videtis, eumque summe diligitis, partim consecuti estis, partim consequenitius finem fidelis, qui est salus animarum vestrarum: salutem enim inchoatam consecuti estis per gratiam, quæ vos effectis filios et haeres Dei, ideoque certam dat spem, immo jus ad beatitudinem regnumque coeleste, salutem vero consummatam per gloriam consequemini post mortem in celis. State ergo in fide, pro eaque aduersa quilibet constanter tolerate, scientes quia fides et tolerans vestra non erit inanis in Domino, sed ad finem optatissimum et beatissimum felicitatis aeternae vos perducet. Merito ergo S. Augustinus, lib. I *Confess.*, cap. i: « Fecisti, inquit, nos Deus ad te, et inquietum est cor nostrum donec requiescat in te. » Et in *Solilog.* cap. xiiii:

« Omnis copia qua Deus meus non est, oegstas est. » Nam, ut idem ait cap. xxx: « Nihil est quod animam impleat, nisi tu, Deus, ad enus imaginem est creata. » Et lib. XIII Confess., cap. viii: « Satis ostendis quoniam magnam creaturam rationabilem feceris, cu nullo modo sufficit ad beatum requiem quidquid te minus est, ac per hoc non ipsa sibi. »

10. DE QVA SALUTE EXQUISIERUNT ATQUE SECUTATI SUNT. — *Εἰς τὸν καὶ τοῦ προφήτην*, id est accurate, diligenter, sollempne, magna contentione et studio perquisiverunt et perscrutari sunt. Probat fidem et gratiam Christi et Christianismi non esse nuperum hominis inventum, sed priscum Dei decretum Prophetarum omnibus revelatum, qui studiis illud indagaverunt, serio predixerunt et avidissime expectarunt, ut Jacob, Genes. XLIX, 18: « Salutare (salvatorum Iesum) tuum expectabite, Domine; et mox vocat eum « desiderium collum aeternorum. » Moses, Exod. IV, 13: « Obsecro, Domine, mitte quam miseras es. » Isaiae XLV, 8: « Rorata coeli desperi, et nubes pluit justum. » Habac. II, 1: « Super custodiā meā stabo, ut videam quid dicatur mihi. » Daniel, topo cap. IX, etc. Hinc frenues, lib. IV, XII; Eusebius, lib. I Histor., cap. IV, et fusa S. Augustinus, lib. XII, XIII et XIX *Contra Faustum*, cap. XIII, XVI et XVII, docent omnes Patriarchas, Prophetas, veteresque Sanctos ab Adamo usque ad Christum fuisse Christianos, non nomine, sed fide et professione, quia credebat in Christum venturum, ut nos credimus in praeteritum, scilicet natum iam et crucifixum, haecque fide justificati et salvati sunt, ideoque magna spe et amore ad eum anhelabant, iuxta illud Christi: « Abraham pater vester exultavit ut videtur diem meum: vidit et gavissus est, » Joan. cap. VIII, 36. Ubi recte notat S. Thomas, quo quisque Sanctorum, sive ante, sive post Christum, illi fuit vicinius et proximiō, eo magis ab illo radiis fidelis et gratus fuisse collustratum: unde Apostoli et primi fideles a Christo primi spiritus accepisse dicuntur, Roman. VIII, 23. Sic ante Christum B. Virgo, Joannes Baptista, Zacharias, Anna, Simeon, Joachim et Anna, parentes B. Virginis, etc., Christi fide, gratia et sanctitate certe remotoribus praecelluerunt: quo enim quis vicinius est sol et igni, eo magis eo illustratur et calcif. Loquitur ordinaria et communiter. Nam aliquos, ut Abrahamum, Mosem, Davidem et Isaiam multis viciniis Christo ejus fide et spiritu magis afflatus fuisse ex Genesi, Psalmis et viciniis eorum liquet.

11. SCRUTANTES IN QOD VEL QUALE TEMPUS SIGNIFICARET (διώκειν, id est declarare), demonstraret venturam istam gratiam Christi et Christianismi) IN EIS SPIRITUS CHRISTI, — τὸν ἀδόκητον Χριστὸν, id est, Spiritus Christi qui erat in eis, tum inhaerendo per gratiam, tum inspirando per prophetam. Nam « Spiritu Sancto inspirati locuti sunt sancti dei homines, » ait S. Petrus, epist. II, cap. I,

vers. 21. Ita Daniel, cap. IX, intellexit in medio hebdomadis, id est, anno 487, occidendum esse Christum; Jacob, post ablatum sceptrum a Iuda, Gen. XLIX, 10; Malachias, cap. III, vers. 4, mox post adventum et predicationem S. Joannis Baptiste (1).

PREUNTIAS EAS QUE IN CHRISTO SUNT PASSIONES. — *Γέρα τοῦ Ιησοῦ καὶ τοῦ προφήτην*, id est accurate, diligenter, sollempne, magna contentione et studio perquisiverunt et perscrutari sunt. Probant fidem et gratiam Christi et Christianismi non esse nuperum hominis inventum, sed priscum Dei decretum Prophetarum omnibus revelatum, qui studiis illud indagaverunt, serio predixerunt et avidissime expectarunt, ut Jacob, Genes. XLIX, 18: « Salutare (salvatorum Iesum) tuum expectabite, Domine; et mox vocat eum « desiderium collum aeternorum. » Moses, Exod. IV, 13: « Obsecro, Domine, mitte quam miseras es. » Isaiae XLV, 8: « Rorata coeli desperi, et nubes pluit justum. » Habac. II, 1: « Super custodiā meā stabo, ut videam quid dicatur mihi. » Daniel, topo cap. IX, etc. Hinc frenues, lib. IV, XII; Eusebius, lib. I Histor., cap. IV, et fusa S. Augustinus, lib. XII, XIII et XIX *Contra Faustum*, cap. XIII, XVI et XVII, docent omnes Patriarchas, Prophetas, veteresque Sanctos ab Adamo usque ad Christum fuisse Christianos, non nomine, sed fide et professione, quia credebat in Christum venturum, ut nos credimus in praeteritum, scilicet natum iam et crucifixum, haecque fide justificati et salvati sunt, ideoque magna spe et amore ad eum anhelabant, iuxta illud Christi: « Abraham pater vester exultavit ut videtur diem meum: vidit et gavissus est, » Joan. cap. VIII, 36. Ubi recte notat S. Thomas, quo quisque Sanctorum, sive ante, sive post Christum, illi fuit vicinius et proximiō, eo magis ab illo radiis fidelis et gratus fuisse collustratum: unde Apostoli et primi fideles a Christo primi spiritus accepisse dicuntur, Roman. VIII, 23. Sic ante Christum B. Virgo, Joannes Baptista, Zacharias, Anna, Simeon, Joachim et Anna, parentes B. Virginis, etc., Christi fide, gratia et sanctitate certe remotoribus praecelluerunt: quo enim quis vicinius est sol et igni, eo magis eo illustratur et calcif. Loquitur ordinaria et communiter. Nam aliquos, ut Abrahamum, Mosem, Davidem et Isaiam multis viciniis Christo ejus fide et spiritu magis afflatus fuisse ex Genesi, Psalmis et viciniis eorum liquet.

(1) « Vel quale, » scilicet, libero populo, an serviente, an semilibero. Possunt tamen quod et quale pro syn-

post fella gustaturos mella; impii vero post guttam mellis, oceanum felis in gehenna se potatur.

12. QUIDRUM REVELATUM EST, QUA NON SUBMETIPSIS, OMNIS AUTEM MINISTRABANT EA. — q. d. Prophetae non sibi prophetaerunt, sed posteris: puta non Iudeis, sed Christians; praedixerunt enim Christi adventum, vocationem, gratiam et salutem obvenitum Christianis, non Iudeis. Unde Syrus verit, *nostrū nobis vaticinabantur*, hoc est quod ait Paulus: « Hoc autem omnis in figura contingebant illi: scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quibus fines seculorum devenerunt, » I Corinth. x, 11, q. d. Ergo par est, ut ea quasi ingenta Dei beneficia nobis ab omni collata, cum ingenti gratiarum actione et devotione complectamur, utique vos, o Iudei, creditis et obediatis Apostolis, sicut credidist et obediistis Prophetis: utrique enim idem eodem spiritu de Christo predican, et quod Apostoli annuntiarent, Prophetae preannuntiarent. Ita Ecumenius. Previdit S. Petrus Marciōnēm heresiarcham, qui doceret alium fuisse Deum auctorem veteri Testamento, alium novi, eumque perstringit (ex quo ac postea Tertullianus libris quinque *contra Marcionitum* scriptis), q. d. ait Beda: « Idem spiritus Christi erat in Prophetis prius, qui postmodum in Apostolis; ideology eamdem fidem utriusque populi predicaverunt, illi Christum adhuc venturum, isti jam venisse; ac per hoc unam Ecclesiam, cuius pars carnalem Domini adventum precesserit, pars altera sit secuta. »

MINISTRABANT EA. — Hesselius τὸ ministrabant neutraliter accepit, q. d. Vobis serviebant, vobis commodabant, vestre utilitati ministrabant ea que de Christo praedixerunt Prophetae. Verum melius illi active accipiunt, q. d. Prophetae subministrabant vobis sua oracula. Unde ipsi tum Apostolorum, tum Christianorum fuerunt quasi ministri et diaconi: hoc enim significat Grecum διάκονον; ministrabant ergo idem est quod prophetabant: propheta enim sua ministrabant nobis. Diaconi ergo Christi et Christianorum fuerunt Prophetae, Apostoli vero eorumdem sunt Evangeliste, quia eis evangelizabant Evangelium, id est, lefissimum nuntium de Messia adventu, redemptione et salute. Vide II Corinth. III, ubi Apostolus Mosen et Prophetas vocat ministros mortis et damnationis, quia promulgarent legem veterem, quae prævaricatores Iudeos mortis reos efficiebat, et condemnabat; Apostolos vero vocat ministros vite, gratia et gloria: hanc enim attulere per Christi Evangelium.

PER EOM QUI EVANGELIZERUNT, — puta Apostolos, quorum unus, imo princeps sum ego. Quare minus recte putant aliqui S. Petrum hic se excludere, nec evangelizasse Ponticis, Galatis, Cappadocius, etc., cum potius modeste ceteris se junget et includat.

SPIRITU SANCTO MISSO DE COELO. — Refer ad evan-

gelizaverunt, q. d. Si ut Prophetae per spiritum Christi i. quo vers. 14, L. redixerunt Christum venturum, ita Apostoli evangelizaverunt vobis eumdem iam presentem, inspiratione Spiritus Sancti, quem receperunt in Pentecôte & specie linguarum ignearum, ut ipse γέρα eorum linguis ardentes sermones, quasi sagittas ignitas mitteret, quibus corda audiencent Dei et Christi cognitione et amorem accenderet. Ita Ecumenius.

IN QUEM DESIDERANT ANGELI PROSPICERE. — Propter quem græce est εἰς τι, id est in quæ, scilicet mysteriū Christi, preserū salutis et glorie beatissime desiderant angelī prospicere, ut scilicet ea vivent perfecta et completa. Ita Syrus, Didymus, Ecumenius, Gageneus, Cajetanus, Catharinius, Valentinus hic et Irenæus, lib. IV, cap. LXVII, et lib. II, cap. XXIX; S. Ephrem, tract. *De Armat. spiriti*, cap. I; Cyrilus, lib. *De Incarn. Usigen.*, cap. XXVIII. Ubi adverte: Pronomen ἡ proprie referit Christi ιχθύα, id est *passiones*, et posteriores glorias, quæ proxima precesserunt. Unde collegas, angelos mire delectari visione humanitatis Christi, ejusque plagarum et stigmatum sacrorum, ac gloria tum corporis, tum animi, quæ longe angelos omnes transcendit. Unde Sophronius, Patriarcha Constant., orat. I *De Natura Christi*, quæ exstat tom. II *Bibliothe. SS. Patrum*, per in quæ accepit Christi nativitatem, Bethlehem et precepit, in quæ desiderant angelī prospicere. Unde et Christo nato « ex abundanter gaudio cecinerunt: « Gloria in altissimo Deo, » ait Ecumenius. Simili modo incredibiliter delectantur angelī aventure spectare martyrium agones et fidelium passiones quaslibet, dum eas generose Christi amor sustinet eorumque coronam et gloriam, ut sedes ex quibus ruerunt demones, inter angelos implent. Unde Apostolus: « Speculum ait, facti sumus mundo, et angelis, et hominibus, » I Corinth. IV, 9. Et S. Cyprianus, epist. ad Titaritanos: « Prelantes, iti, nos et fidei congressiones pugnantem spectat Deus, spectant angeli, spectat et Christus. Quanta est gloria dignitas, quanta felicitas praesente Deo congrederi et Christo judicari coronari! » Ita Catharinius et Salmeron τὸ in quæ referunt ad omnia gerenda in Ecclesia Christi militante, praesertim certamina et victorias Martyrum, aliorumque fidelium in tribulatione et persecutione; Didymus et Cajetanus ad statum Ecclesie qui erit in fine mundi.

Verum noster Interpres legit εἰς τι, scilicet τοῦ προφήτη, id est spiritum, qui proxime; vel εἰς τι, scilicet Christum, qui romanus praecessit. Primo ergo ad Spiritum Sanctum haec referunt S. Thomas, I. P. Quest. LVIII, art. 1, ad 2; Isidorus, lib. I Sentent. XI, sent. 22; Petrus Damiani, serm. 11, qui est *De Annuntiacione*; quin et S. Basilis et Didymus, lib. *De Spiritu Sancto*, et Alhanasius, Epiphanius et Cyrillus Alexandrinus mox citandi.

Secondo, ad Christum haec referunt Beda, Gk̄, Auctor libri *De Spiritu et Anima*, apud S. Augus-

tinum, tom. III, cap. lxx; S. Bernardus, serm. 4 et 4 *De omnibus Sanctis*, ubi Christum vocat angelorum delicias; Hugo, Thomas Anglicus, *Tielmannus*. Videtur enim S. Petrus alludere ad Cherubim Mosis, qui jugiter infuebant propitiatorium, quod representabat propitiatorium Christum, Eccl. xxv, 20. Porro angelos mira desiderasse Christum natum, patientem et resurgentem vide, patet Isaiae lxx, Psalm. xxii, et alibi. Christus enim, qua homo, est caput non tantum hominum, sed et angelorum, Coloss. i, 16. Unde nonnulli Theologi cum Clemente Alexandrinus, lib. VII *Strom.*, et Origene, hom. 4 et 2 in *Levit.*, censent non tantum homines, sed et angelos suam gratiam et gloriam Christo Christique meritis acceptam ferre. Hinc S. Bernardus, serm. 22 in *Cantic.*: « Qui erexit, inquit, hominem lapsum, dedit angelo stanti ne caderet, sic illum de captivitate cruens, sicut hunc de captivitate defendens; et hac ratione fuit utrius redemptio, solvens illum, et servans istum. »

Porro nova est expositio Philippi Solitarii, lib. III *Dioptre*, cap. ii, que talis est: Angeli desiderant Christum videre, non tantum humanatum, sed, ut ita dicam, angelisatum: desiderant enim ut Christus assumat naturam angelicam, sicut assumpsi humanam per unionem hypostaticam, ut ipsorum natura perinde ac nostra adoretur in Christo, et glorificetur in throno Cherubico sedens ad dexteram Patris, ac proinde ut ipsi quoque haberent claves colorum, sintque judices cum Christo iudicantes duodecim tribus Israel, aequae ac futuris sunt Apostoli et Sancti, Matth. xix, 28. Verum hoc desiderium efficax et absolutum esse nequit: scilicet enim angelis unionem sue naturae cum Verbo ex Dei ordinatione non esse possibile, nec unquam futuram; unde eam efficaciter desiderare nequeunt voluntate absoluta, sed tantum conditionata, si videlicet id Deo placetur, quae velletur tantum est, ostendens quanti faciant assumptionem humanae nature factam a Verbo.

Prior expositio de Spiritu Sancto videtur verisimilior, tum quia ille proxime possibilis, tum quia facilis fuit lapsus ex i., scilicet *νικη*, in *α*, quomodo legunt Graeci et Graeca. Porro desiderant angelis propiscere, *primo*, in ipsum Spiritum Sanctum: eum enim vident, vident pariter Patrem et Filium, omnium enim una est essentia, haec visione beatior. *Secundo*, in opera et dona Spiritus Sancti, quibus fideles et Ecclesiam ornat; hec enim deferunt, procurant, promovent et dirigunt angelis, utpote administratorum Spiritus Sancti circa regnum Ecclesie et salutem fidelium. Ita Cyrillus Alexandrinus, serm. *quod Verbum Dei factum sit homo*; S. Basilius et Didymus, lib. *De Spiritu Sancto*; S. Athanasius, epist. *ad Serapionem*; S. Ambrosius, lib. *De Isaac*, cap. v; S. Epiphanius, *hæres.* 74, et alii, qui ex hoc loco contra Macedonium probant divinitatem Spiritus Sancti. *Hinc* *¶* et beatitudinem angelorum, aequae ac ho-

minum, consistere in visione Dei et Spiritus Sancti, haec enim omne eorum desiderium satiat et explet. Unde hereditatem incorruptibilem ad quoniam per Christum vocatos dixit S. Petrus, vers. 3, hic explicat, asseritque sitam esse in prospectione et visione Spiritus Sancti, id est Dei. Poterat dicere S. Petrus, Angelis desiderant propiscere in Deum, sed maluit dicere, in Spiritum Sanctum, eo quod paulo ante disisset Spiritum Sanctum preannuntiase per Prophetas, et annuntiassae per Apostolos Christi passiones et glorias; et quia totum hoc opus economia Christi, nostraque redempcionis, vocations, sanctificationis et salutis, quod his celebraverat Petrus, fuit opus summae gratiae et amoris divini, qui appropriatur Spiritui Sancto. Addit hoc S. Petrus, ut acutus desiderium fidelium ad avide audienda et amplectenda Christi mysteria, utpote que predicta et evangelizata sunt per Spiritum Sanctum, in quem desiderant angelis propiscere, ut haec mysteria in ipso, quasi in suo fonte intueantur. Si enim angelis in tuncie desiderant in Spiritu Sancto quasi omnis bonitatis auctore, multo magis homines, quorum salutis destinata sunt, magnum desiderium eadem videndi et complectendi in se acutre et excitare debent. Quare sive legas in quo, sive in quem, et sive in illigas Spiritum Sanctum, sive Christum, eodem omnia redeunt. Sensus enim est, quod angelii in Spiritu Sancto intueri desiderent Christum Christique redemptiōnem et mysteria. Hoc est quod ait Paulus: « Manifeste magnum est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, justificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædictum est Gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria,» 1 Timoth. iii, 16.

Porro angelis in Spiritum Sanctum propiscere desiderant, id est desideranter et cupide propisciunt, desiderando satiantur, et satiando desiderant. Audi S. Gregorius, XVIII *Moral.*, cap. xviii: « Deum, ait, angelii vident, et videre desiderant, et sicut infueri, et influentur. Ne autem sit in desiderio anxietas, desiderantes satiantur; et ne sit in satiate fastidium, satiati desiderant. Et desiderant sine labore, quia desiderium satias comitatur; et satiantur sine fastidio, quia ipsa satietas ex desiderio semper accenditur. » Et Beda: « Contemplatio divina presentia ut angelos beatificat, ut eis semper visa gloria satientur, et semper eis dulcedinem quasi novam insatiabiliter esuriant. » Id significat Graecum *περιποίησις*, id est, inclinatio pronoce capite, studiose et exacte propiscere et introspicere. Beati enim tolos mentis oculos, totam aciem, totam mentem in Deo contemplando degunt, adeoque quasi extra se excent, ut toti in Deum abeant et transeant. Causam hujus desiderii dicit vers. 4, explicans *¶* immarcescibilem.

Mystice noster Turrianus, tract. 2 *De Eucharistia*, cap. xvi, xvii et xviii, et ex eo Salmeron (moi ipsi censem hunc esse sensum litteralem): « in

quem, » scilicet Christum in Eucharistia, inquiet. In ea enim non videmus Christum, sed tam realiter presentem credimus, atque in eum ibidem desiderant angeloi *περιποίησις*, id est studiose, accurate, sollicite, fixis oculis introspicere, tum ut ipsum, tum ut modum essendi (qui est angelicus, ut totum Christi corpus sit in qualibet hostia puncto totum et integrum), tum ut eius dignationem et gratiam, quam astantibus et communicantibus copiose elargitur, introspicere. Huc respexit S. Marcus in *Liturgia*, dicens: « Post consecrationem in animo beneficia confers, et eis qui in fiduciam collocant illa tribus, quae in se angelis propiscere desiderant. » Quicquid angelorum choroi sacerdoti celebranti assistunt, ut tanta mysteria venerabili aspiciant, honore et venerentur. « Quis enim fidelium, ait S. Gregorius, lib. IV *Dialog.*, cap. lvii, habere dubium possit, in ipsa immolatione hora ad sacerdos vocem coles aperi, in illo Iesu Christi mysterio angelorum chorus adesse, summi ima sociari, terrena celestes jungi, unum quoque ex visibilibus atque invisibilis fieri? » Et S. Ambrosius, in capite i. *Luc.*: « Non dubites, ait, assistere angelum quando Christus assit, quando Christus immolatur. » Quin et S. Jacobus in *Liturgia*: Taceant, ait, mortales, et stent eum metu et tremore, nihil terrenum cogitantes. Rex enim regum, Christus Dominus Deus noster, exit ut mactetur, et detur in eum fidelibus, cum vero choroi angelorum antecedant. Quare exclamat S. Chrysostomus, hom. *De Sacra et Divina mensa*: « O mira uenit, mens tam magnifica instructa, in qua Agnus Dei pro te mactatur, ac quam assistunt Cherubini, descendunt Seraphini, qui sensi prediti ali vulnus demittunt, ubi omnes angelii cum sacerdotio pro legatione obueniunt! »

13. PROPER QUOD SUCCINCTI LUMBOS. — Est hic altera capituli pars, ethica scilicet (prior enim fuit dogmatica), quod fidem moves, ut Christo et Christiani sint digni, efformat. Vox proper quod, haec precedentibus connectit et ex his quasi principis congruum conclusionem educit, q. d. Cum hereditas incorruptibilis, et celestis bona a me et apostolis predicata, per Christum vobis, o Christiani, para sint, eaque tanta sint, ut non tantum Prophete, sed et angelii ea videre desiderent, quid restat, nisi ut, terrenis cogitationibus calcati, quasi succincti lumbos mentis totius animi affectibus, quasi plenis passibus tendatis ad celum? Secentur avari quasi talpe opes terrenas, ambiant superbi quasi chameleones aurum horum, gulosi quasi porci inhabet escis: vos vero eives, imo reges cali a Deo scripti et destinati, longe ardenter studio querite, et accincti, id est expediti, contendite ad regnum aeternum, ut contempti omnibus mundi illecebris, opibus, misericordiis, odiosis, persecutionibus, speratis et assequamini gratiam, id est, gloriam istam revelandam in die iudicii.

COMMENTARIA IN I EPISTOLAM S. PETRI, CAP. I.

Nota primo: Lumbos succingimus ad quatuor usus: *primo*, ad iter; *secundo*, ad opus; *tertio*, ad bellum; *quarto*, ad ministerium. Unde S. Augustinus in *Psalm. xcii*: « Succingi, inquit, est iter agressuri; cingi, operis quippiam facturi; aeingi, praellaturi; præcincti, ministraturi. » Christianis hec omnia competit; nam *primo*, quasi peregrini iter faciunt in celum; *secundo*, quasi operari opus Dei peragunt; *tertio*, quasi milites Christi prelantur cum mundo, carne et demonie; *quarto*, quasi famuli ministrant Christo: debent ergo esse succincti lumbos mentis, id est, debent esse mente et animo non impedito, sed prompto, libero et expedito ad quatuor jam exposita. Est *primo*, catachresis: lumborum enim succinctio facit hominem expeditum, ideoque eum significat. *Secondo*, est metaphoræ, eaque duplex, prior sumpta ex vestitu Judæorum et veterum: hi enim prelongis vestiis et tunicis utebantur; unde opus, vel iter facturi eas succingebant. Hinc fidelibus in morte sibi occurserunt, ait Christus *Lucæ xii*: « Sint lumbi vestri precincti. » Qui enim discinctus est, ait Haymo, ipsis suis vestimentis impeditur, ne libere ambulet; qui vero praecinctus est, quaqueversus discurrere potest. *Posterior*, quod lumbos menti tribuit, quo significat Christianos mentem, sublatis omnibus impedimentis, debere exhibere paratam, alacrem et acrem ad opus et iter hoc ingrediendum. Succincti ergo lumbos mentis, qui e mente errores, praesertim prava principia, practica, ac noxias cogitationes et cupiditates pellit. Ita (Eumenius, Gagnierius et Thomas Anglicus, qui pulchre ait hominem interiorum, id est animam, suo modo exteriori homini proportionari. Dicitur enim habere pedem, id est affectionem; oculum, id est rationem; manum, id est operationem; narem, id est discretionem; lumbos et renes, id est delectationes. Sic *Lucæ xvi*, animarum Lazari et Epidoni spiritalis operationes per oculos, digitos, lingua et membra corpora significantur.

S. Petrus ergo per lumbos mentis, mentis vires, facultates, affectiones, amores et cupiditates intelligit, easque cingi et restringi jubet, ne libere fluant, et propositum in celum ad Deum cursum remorentr. *Secondo*, ut expediti Deo ad evangelizandum, multa cum eo patientium, et quilibet aliud vocanti respondere possint: « Paratum cor meum, Deus, paratum cor meum, » *Psalm. lvi*, vers. 8. *Tertio*, ut mens sui lumbis, id est, vires et affectibus imperet, eosque ad libitum evagari non sinat, sed regat et dirigit tum ad suum salutem, tum ad Dei obsequium et gloriam. Mens enim sibi suisque affectibus imperans, est regina plene lateque dominans, magis quam Rex vel Imperator orbis, juxta illud Horatii:

Latius reges avidum domando  
Spiritum, quam si Libyan remoto  
Gadibus jungas, et ulerque Poens  
Serviat uni.

Talis ergo succedit lumbos mentis, quia omnibus mentis affectibus, amoribus et timoribus dominatur, ut eos stringere et laxare ad libitum possit, velut venator canem, acceps accipitrem.

*Nota secundo*: Cingulum *primo*, symbolum et causa est fortitudinis et constantiae: quocirca Gentiles cingulum dicabant Marti. Et Cicero oratori hoc dat praecettum: « Arctiori cingulo latera eingat, ut ea ad dicendum sint firmiora et fortiora. » Sic Proverb. xxxi, 17, de muliere forti regit: « Accinxit fortitudine lumbos suos, roboravit brachium suum. » Et Deus dicitur « accinctus potentia. » Psalm. lxiv, 7, aliosque praecingente. Unde David ait: « Praecinisti me virtute ad bellum, » Psalm. xvii, 13. Significat ergo Petrus Christianis non sequitur agendum, sed eos debere intendere animum, ac fortiter et constanter inuenire Christo, Christianismo, ac saluti et glorie aeternae, ad quam a Christo vocantur. Ita *Oecumenius*. Hinc apud Grecos οὐτούς, id est *bene cinctus*, idem est, ac fortis et strenuus. Contra vero discinctus apud Latinos sonat dissolutione et imbellem: quia summo duebatur probro, si militem ignavum lumen Imperator diem transigere discinctum, ait *Suetonius in Augusto*, cap. xxiv. *Huc fac illud, III Reg. cap. xx, vers. 11*: « Ne glorietur accinctus æque ut discinctus, » id est pugnaturus, æque ac jam a pugna quiescens, parta sciilicet victoria.

*Secundo*, cingulum symbolum est castitatis, tum quia ipsum restringit lumbos, ac consequenter libidinem, que in lumbis habet originem; tum quia castitatem tueri est actus magne fortitudinis. Hinc illud Christi: « Sint lumbi vestri praecincti, » multi exponunt *q. d.* Mortificare luxuriam, studeat castitati. Ita *S. Augustinus*, hom. 23 in *Evang.*; *S. Basilius*, in cap. xv *Isaiae*; *S. Hieronymus*, lib. I *Contra Iovinianum*, et alii. *Sic et S. Petri* verba hic exponunt nonnulli. Unde et sequitur: « Sobrii præfere sperate, » sobrietas enim est comes, mox mater castitatis. Ita *Beda*: « Sucincti, inquit, lumbos mentis, qui hanc ab impura cogitatione restringet. » Et qui mente et corpore castus Domini adventum expedit, merito quando revelatur, sperat. » *Et S. Gregorius*, XXXII *Moral.*, cap. ii: « Lumbos carnis, inquit, succingere, est luxuriam ab effectu refrantere; lumbos vero mentis succingere, est hanc etiam a cogitatione restringere. » *Et Petrus Chrysologus*: « Cineti, inquit, castitatem halto, quod est insigne misericordie Christianae, fluxe carnis detruncemus ignaviam, etc. Dominus lumbos nostros astringi jubet halto castitatis, et totum carnis nostræ pendulum, fluidum, resolutum, constringi mandat continua zona virtutis, ut carne succincta ad Dominum occursum liber, velox, expeditus nostre mentis redditum incessus. »

*Tertio*, cingulum signum est animi honesti, modesti et compositi; quasi enim est homo exterior, puta vestis et vestitus, talis est et interior. Unde *Sylla* fuit notatus, quod male praecinctus incedere

ret, quasi id signum esset animi incompositi et intemperantis. Sie et de Julio Cesare adhuc puer omen fuit, « Sylle optimates admonentis, ut male praecinctum puerum caverent. Eum enim optimatum partibus exitio futurum: nam Cesari multos Marlos inesse, » ait *Suetonius in Vita Julii Caesaris*, cap. i et XLV.

*Quarto*, cingulum signum est fidelitatis: coniuges enim cinguntur cingulo conjugalem, ut membra mutuo servare fidem conjugalem.

*Quinto*, continentia et mortificationis appetituum erga res seculares et fluxas. Ita *S. Augustinus*, serm. 39 *De Verbis Domini*, et *S. Gregorius*, XXXIV *Moral.*, cap. XXXV. Lumbos et mammillas, inquit, succincti, « qui cunctos mutabilium cogitationum motus, per solius amoris vincula restringit, » ut dicit cum Psalte: « Quid enim mihi est in celo, et a te quid volui super terram? Deus cordis mei, et pars mea Deus in aeternum, » Psalm. lxxii, 23.

Quares, quo cingulo cingendi sunt lumbi mentis? Respondeo, veritate. Hoc enim veritatis cingulum assignat *Paulus*, Ephes. vi, 14. Vide ibi dicta: quibus adde expositionem *S. Gregorius Nazianzeni*, orat. 42: « Quero, inquit, quid lumbis, cum veritate communis sit, et que Pauli mens fecerit cum diceret: State igitur succincti lumbos vestros in veritate; num forte quod speculatio concepcionis contraria coereat, nec aliorum ferri sinit? Non enim fieri potest, ut qui eujuspiam rei amore flagrat, parem ad alias voluptates vim habeat; » *hoc est*, ut explicat *Nicetas*: « Christi contemplatio lumbum nostrum et concepcionis constringit, eamque totam ad rerum divinarum amorem transfusa et derivata diffundi ad dispersi non sinit. » Christus enim est veritas, *Ioan.* cap. v, vers. 6. *Oratio ergo et contemplatio Christi* rerumque celestium minuit et infringit concepcionem omnem que in lumbis residet. Quocirca oratio est mater mortificationis, continentiae, castitatis. Et viessim mortificatio oratione purificat et accedit. Idem *Nazianzenus*, orat. 40: « Quid lumbi, inquit, quid renes? sint lumbi vestri succincti, ac per continentiam restrixi, sicut Israeli olim ex legi prescripto pascha comedenti: nemo enim pure ac perfecte ex Egypto exedit, nec exterminationem fugit, nisi haec dominerit ac frenaverit. Renes autem laudabilis immunitatem sentiant, vim totam cupiditatem ad Deum transferentes, ut dicere queamus: Domine, ante te omnia desiderium meum; et: Diem hominis non concipi. Viros enim spiritualium desideriorum nos esse convenit. Nam ita demum draconem illum, cuius vires maxime in umbilico et lumbis sita sunt, oppresserimus, extincta videlicet evasqueret ea potentia, quae in his partibus obtinet. » Ratio est, quia anima in homine est una et eadem; quare cum illa sit limitata virtus, si ipsa vita quam totam exerat et expendat in speculatione et amore rerum celestium, non habet ultra quid-

quam quod expendat in amore et speculacione rerum carnalium. Unde videmus homines meditationi et orationi addictos, vix sentire stimulus carnis.

Ita noster *B. Aloysis Gonzaga* adeo orationi et meditationi perpetua erat intentus, ut nullam in ea mensis evagationem, vel distractiōnem sentiret, ac miraretur quod homo colloquens cum Deo in presentia tante maiestatis distrahi, atque mentem flectere posset; indeque eximium castitatis donum est ascensus, ut instar *S. Thomas Aquinas* nullus impurus carnis animale motus sentiret, et ad eos videtur insensibilis, quasi angelus fore, non natura, sed virtute.

*Sobrii*. — *Primo*, *q. d.* Non ebrii, neq; indulgentes vino, gule et ventri. Nam « vina parant amicos veneri, » et vice versa, « sine Cerere et Baccho friget Venus. » Unde *S. Hieronymus*, epist. 83 ad *Oecumenium*: « Vinolentia, sit, securitas est et comassatorum, venterque mero asthmas facile despunt in libidinem. » Vide dicta *Ephes.* v, 18, ad illud: « Nolite inebriari vino in quo est luxuria. » Sieut enim ebrietatis, venterque satur et plenus ineptus est ad iter, ad opus, ad prælium, ad obsecrum: ita ad hanc omnia paratus est sobrius, paratus sobrietatis. Vero *Origenes*, hom. 3 in *Lc.*: « Sobrietas, inquit, omnium virtutum mater est, sicut et contrario ebrietatis omnium vitiorum. » Et mox: « In ebrietatis ægritudine corpus simul et anima corrumpitur, spiritus pariter cum carne vivatur, omnia membra debilitat, pedem, manum, linguum resolut, oculos tenebrat, mentem velat oblivio: ita ut hominem se esse nesciat, nec sentiat. » *Et S. Basilius*, hom. 14: « Ebrium anima vino submersa sunt. » *Et mox*: « Mens lumine per ebrietatem te privas, inter bestias ratione carentes annumerari potes. » *Et S. Chrysostomus*, hom. 38 in *Matth.*: « Diabolus, ait, nemo magis amicus est, quam qui delicia et ebrietate maculatur, » etc. Mox ebrium comparati possebat a demone: ebrius enim non videtur esse homo, sed demon incarnatus, ita furi, rixatur, pugnat, insaniat. « Delicias vacans, ait, nullo discrimine a demoniaco separatur: impudens enim et furiosus pariter est; et demoniaco omnes miseremur, hunc vero aversamus: quia spuma furore sibi attrahit; et os, oculos, narcs et cetera sensuum instrumenta amarissimas voluntatis facit cloacas. »

*Secundo*, *Oecumenius* et *Syrus* à *sobri* neectunt cum *perfecte*; quasi *S. Petrus* non semiplenam, qualis fuit *Judeorum*, sed plenam et perfectam sobrietatem a Christianis requirat, que mentem eorum faciat succinctam et paratam ad iter celeste: plena autem sobrietas est abstinentia non tantum carnis, sed et mentis, puta continentia animique moderatio, qua cupiditatem omnibus dominatur. *De Seneca*, epistola 39: « Magni animi, inquit, est magna contempnere, ac media malle quam nimia: illa enim utilia vitalia-

que sunt, at hec, eo quo superfluent, nocent. Sic segetem nimia sternit ubertas, sic rami onere franguntur, sic ad maturitatem non pervent nimia fecunditas. Idem animis quoque evenit, quos nimia felicitas rumpit. » *Et Plutarchus*, *De Virtut.* moral.: « Temperatus animus, ait, est æqualis et pacatus, inferiore anime nostra portione cum superiori consentiente admirabili quiete, ornatus et compositus, in quem intuens dicas :

Concederat vnde jam, et tranquillus sine vento  
Ponens erat, namque ipse Deus sedaverat undas:

vehementes, insanos rabidos motus cupidiget, eos sibi consentientes obedientesque redidente, ut ne ratione precurrant, nec terga vertant, nec ordinem turbant, nec dicto non sint audientes; sed ut omnis motus quocumque velit ratio ducere, patrus sequi, seu laetens pulsus cum equa simul currat, » *Verum haec mystica est sobrietas, atque à perfecte aliud referas ad sequens sperate.*

*Tertio*, *Grecum* νέφελον, verti potest vigilantes, ut verit *Vatablus* et *S. Hieronymus*, lib. I *Contra Jovinianum*; unde et *Syrus* verit, *excitamini perfecte*. Sobrietas enim est mater vigilantes, sicut ae ebrietatis somni et ignavia. Quocirca *S. Petrus* hec duo: « Sobri estote et vigilate. » *Vila* enim fidelium est vigilia: excubare enim debent inter hostes, quibus undique cinguntur. *Rursum Christi doctrina sublimis*, æque ac gratia et gloria, poscit mentem vigilantem, attentam, acrem, studiosam, operosam.

*PERFECTE* (*Glossa*, *Hugo*, *Dionysius* et alii legum perfecti, sed *Grecus* habent τέλειον, id est *perfecte*: ita et *Romana*) *SUPERATE IN EAM, QUE VOBIS OFFERTUR, GRATIAM*. — Requirit *S. Petrus* a fidelibus non qualiter qualiter, sed perfectam spem, eamque immiti parari sobrietate: abstinentia enim a voluppatibus carnalibus facit nos sperare colestes, ad easque capienda et prelibandas mentem habilem, acrem et alacrem facit. *Pro offertur* gracie est πρόσφερε, quod *S. Hieronymus* et alii vertunt, *defertur*: qui scilicet Deus hanc gratiam non tantum promittit, sed et offert, defert, et quasi in manum sinumque dat; ita tamen ut non cogat, sed liberum relinquit voluntati eam acceptare, vel respire, ut definit *Concilium Tridentinum*, sess. VI, cap. v.

*Pro gratiam* gracie πρόσφερε, alii legunt πρόσφερε, id est *gaudium*. Ita *Syrus*; grata enim his licet proprie acipi possit, *q. d.* Sperate in fidem et gratiam, quod illa vos perducet ad salutem; melius tamen « gratiam ac acipias pro gloria, hanc enim fideles et justi sperant; et haec plenum afferat gaudium, juxta illud Christi: « Intra in gaudium Domini tui, » Matth. xxi, 26. Hęc etiam est gratia, quicquid ipsa sit merces honorum operum, tamen hec ortum habent a gratia. Unde Rom. vi, 23, dicitur: « Gratia Dei vita aeterna. » \*

Hac plena spes adegit et excitavit S. Petrum, S. Andream, Philippum et Simonem, ad exultanter condescendendum crucem, Jacobum et Paulum ad gladios et secures complectendum, S. Laurentium ad calcandam craticulam, Sebastianum ad sagittas, Stephanum ad lapides, Ignatum ad leonem, Clementem ad naufragium, Polycarpum ad ignem, Theclam ad serpentes, tauros, equuleos, omniaque genera tormentorum fortiter et alacriter superanda. Vere Tertullianus, lib. De Resurrec. cornis : « Fiducia Christianorum, inquit, resurrectio est mortuorum. »

Nota primo : Spes, cum sit virtus Theologica, pro objecto habet Deum, ut et fides et charitas : sperat ergo primario in Deum, non in creaturam qualis est gratia ; secundario tamen sperat quaque media quibus Deus nos ad se, quasi finem ultimum et beatum dicit, qualia sunt gratia, fides, charitas easterne virtutes. Sic fides credit multa de Christo, rebusque creatis, quatenus ea a Deo revelata sunt. Sic charitas amat non tantum Deum, sed et proximum proper Deum.

Nota secundo hebraismus : sperare in gratiam, id est, sperare gratiam, hoc est gloriam ; haec enim est gratia consummata : sic credere in Deum, est credere Deum, et credere Deo.

Mystice, Turianus noster, lib. III Degmat. Charract., per gratiam accipit Eucharistiam, quem ideo grace sonat quod bona gratia : quia ipsa gratiarum est summa, et gratia cœlestis, id est substantialis ; in ea enim Christus se et suum substantiam, pula totam deitatem et humanitatem, quasi eximium donum et gratiam nobis imperti, ac proinde proprie speramus in hanc gratiam, quia speramus in Christum, qui realiter presens est in Eucharistia, ideo est ipsamet Eucharistia et gratia.

In REVELATIONEM. — Ita Romana, q. d. Sperate hanc gratiam, id est gloriam, usque in diem revelationis Christi, donec scilicet veniat dies iudicii : tune enim a Christo iudice illa, quasi merces laborum et patientiae vobis dabitur. Aut sperate in revelatione Iesu Christi, id est, in Jesum Christum, quod in revelatione suis glorie et potestatis judicaria, puta in die iudiciorum, hanc gratiam, id est gloriam, vobis consignabut. Aut sperate in diem revelationis Christi, quia illi dies vobis hanc gratiam afferet. Graeca habent ἡ ἀνακάλυψη, id est, in revelatione, q. d. Sperate in hanc gratiam nunc, quando ea per meam et Apostolorum prædicationem vobis revelatur. Aut potius, q. d. Sperate hanc gratiam vobis datum in in revelatione Christi, puta in die iudiciorum.

Nota : In revelationem significat non hanc vitam agere in fide, id est, in enigmate et obscuritate, qua res a nobis credita et sperata non apparent, non cernuntur, sed quasi arcane et absconditae sunt apud Deum : nam haec omnes erorumque dignitas et majestas revelabitur in die iudiciorum, ut tune facie ad faciem eas contemplemur, iisque

fruamur. Sic Paulus ait : « Mortui estis, et vita vestre est abscondita cum Christo in Deo. Cum Christus apparuerit vita vestra, tunc et vos apparebitis cum illo in gloria, » Coloss. iii, 3. Vide ibi dicta.

44. QUASI FILI OBEDIENTIE. — Hoc pendunt a precedentibus, q. d. State succincti lumbos, id est expediti et constantes, ac sobrii sperate futuram gloriam, uti decet filios obedientie, id est, obedientes preceptis Christi, meis et Apostolorum, quales vos estis. Decet enim filios obedire parentibus. S. Petrus ergo requirit a fidelibus obedientiam, non qualiter quamlibet, sed filialiter et filiali amore et reverentia. Rursum « filii obedientie » vocantur dediti et plane addicti obedientie, ut ex ea quasi matre progeniti, planeque obedientie indolem et naturam haussit et imbibitis videantur. Insuper « filii obedientie », quasi devoti et consecrati obedientie ; quomodo Religiosi vocantur filii obedientie, quia ei se devovent, ejusque votum Deum nuncupant. Et tales fuere primi Christiani, nimur obedientissimi Christo et Apostolis, adeoque votum vel professionem obedientie Apostolis edidicunt, ut ostendit Actor. v, 1. Sic vocantur filii perditionis, incredulitatis, diffidentie, id est, plane perditi, increduli, diffidentes. Item filii ira, mortis, gehennae, id est, addicti vindictae, morti et gehennae.

Moraliter significat S. Petrus Christianos debere esse obedientissimos quasi filios obedientie, filios Christi et primorum Christianorum, qui fuerunt obedientissimi. Christus enim « factus est obediens usque ad mortem, mortem autem crucis, » Philipp. cap. ii, 8. Item quasi fratres angelorum : angelii enim sunt « potentes virtute, facientes verbum illius ad audiendum vocem sermonis eius, » Psal. cit. 20. Hinc alati pinguntur et ignei, quia celerrime et efficacissime Dei iussa exequuntur, juxta illud : « Qui facit angelos suos spiritus, et ministros suos flammam ignis, » Psal. cit. 4.

NON CONFIGURARI PRIORIBUS IGNORANTIA VESTRE DESIDERIS. — Ostendit qualem obediendum a fidelibus quasi filii requirat, scilicet non fidei tantum, ut credant in Christum, ut volunt heretici, sed operum quoque, ut non sectentur pristina desideria et cupiditates, que sectati sunt in gentilismo, sed studeant sanctitatem, ut in omni conversatione sancti sint. Unde Syrus verit, non communiciet amplius concupiscentias primis, quibus concupiscentibus sine scientia. Nota configurari, id est conformari ; qui enim sequitur cupiditates, illis se conformat et configurat, ut carum formam et figuram induere videatur. Vides ebrium ? vides formam, mores et gestus ebrietatis. Vides guloso ? vides figuram, hiatum et voracitatem gule et veneris. Vides ambitiosum ? vides figuram, tumorem et gestus ambitionis. Ex adverso qui se configurant et conformant Christo ejusque

virtutibus, ipsius formam, mores et actus induunt. Sicut enim charta prelio oppressa, et configura lamine in qua incisa et sculpta est effigies Christi, illi configuratur, ejusque imaginem induit, ut referat et exprimat Christi formam et habitum : ita prorsus qui Christo quasi norma, regule et exemplari mentent et voluntatem plane applicat, ei se configurat, ejusque formam, mores et virtutes in se exprimit. Hoc est quod jubet Paulus, Ephes. iv, 22 : « Deponere vos secundum pristinam conversationem veterum hominem, qui corrumperit secundum desideria erroris. » Pro quo S. Petrus ait, « ignorante, » ut significet eos in gentilismo fuisse in profunda caligine et nocte infidelitatis, gule, libidinis, superbie, etc., que honesta, recta et pulchra putabant Gentiles, adeoque illi gloriantur : jam vero per Christianismus traductos esse ad claram diem et lucem fidei, cognitios Dei, sobrietatis, castitatis, omnisque virtutis. Subdit S. Paulus : « Renovamini autem spiritum vestrum ; et induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est in justitia et sanctitate veritatis. » Id ibi dicta.

45. SED SECUNDUM EUM QUI VOCAVIT VOS (ad fidem, gratiam et salutem) SANCTUM (Deum et Christum, qui est « Sanctus sanctorum et justitia sempiterna, » Daniel. ix, 24), ET IPSI IN OMNI CONVERSATIONE SANCTI SITIS. — Vetus unus septem Sapientum dictum fuit : « Sequere Deum, » vetustus Dei per Moseum : « Sancti eritis, quia ego sanctus sum, » Levit. xi, 43. Recentius, sed plenius est Christi : « Estote ergo perfecti, sicut et Pater vester celestis perfectus est, » Matth. v, 48 ; et Pauli, Ephes. v, 1 : « Estote imitatores Dei, sicut filii charissimi. »

Porro sanctitatem opponit desiderii, id est concupiscentis ; quo significat sanctitatem consistere in puritate, que acquiritur fugiendo et mortificando carnalia et terrenas cupiditates, ut siue Deus sanctus, id est, segregatus est a terra terrena fecibus, ita pariter sit et fidelis sanctus. Unde Origenes, hom. 11 in Levit. : « Sanctus, inquit, gracie dicitur ἄρτος, quod eum quasi extra terram esse significat ; quicunque enim se consecraverit Deo, merito extra terram et extra mundum esse videbitur. » Clare vero S. Dionysius, cap. xii De Divin. Nomin. : « Sanctitas, ait, est ab omni scelere libera, perfectaque ac omni ex parte incontaminata puritas : quia ita in Deo eminet, ut merito Sanctus sanctorum nuncupetur, et celebrante illo hymno triasiglo a beatis membris in celo celebretur. » Et S. Basilus, De Spiritu Sancto, cap. ix : « Anima, inquit, purgata a probro quod eam per malitiam contaminarat, et ad nativam pulchritudinem reversa, ac veluti imaginis regia veterem formam puritate reddens, hoc uno demum modo potest ad Paracletum appropinquare. Ille vero veluti sol purum nactus oculum, ostendit tibi in seipso imaginem illius, qui videri non potest. » Et mox : « Hic (Paracle-

tus) eis qui a tumultu cupiditatum purgati sunt illucescens, per communionem quam cum ipso habent, spiritalis reddit. Et sicut corpora illustra perlucidaque, contacta radio solis, fluit et ipsa supra modum splendida, et alium fulgorem ex sede profundunt : sic et animæ spiritu afflate, ac spiritu illustrate fluit et ipse spiritalis, et in aliis gratiam emittunt. »

Porro S. Petrus plenam et universalem a fide libu sanctitatem requirit; ait enim : « In omni conversatione sancti sitis. » Aliqui enim in tempore videtur angelii, sed in domo sunt diaboli. Requirit ergo continuum exercitum non unius, sed omnium virtutum, utque earum habitus solidos et intenses sibi comparent. Habitus enim virtutis dat non solum facilitatem, sed et constantiam, ut ex predictis contra qualsibet tentationes simili, fortis firmusque consistat, ac virtutis in omni conversatione exerat, ex eaque omni agenda agat. Sensus ergo est, q. d. Omnis conversatione vestra, o Christiani, in gentilismo fuit impura, maculata, et sepe bestialis. Multum enim vestrum in tempore fuisse superstitionis, in circa contentiosi, in foro ambitiosi, in platea contumeliosi, in officinae fraudulenteli, in agro rapaces, in domo rixosi ; multi in mensa fuisse lupi, in cubiculo vulpes, in opere asini, domi pavones, foris accipitres, in leolo porci, in tribunali tigris, in circulus canes, in plateis leones. At nunc in Christianismo oportet, ut omnis conversatione vestra in agendo, loquendo, ambulando, comedendo, studendo, disputando, dormiendo, operando, regendo, etc., sit pura, Christiana, sancta, angelica ; ut in tempore sitis ardentes in oratione ut Seraphini ; in schola et cubiculo speculantes ut Cherubini ; in iudicio placidi et equi ut Throni ; in cupiditatis framandis excelsi ut Dominaciones ; in regime prudentes ut Principatus ; in tentatione mundi calcanda generosi ut Potestates ; in luctu cum demoni fortes ut Virtutes ; in officio et opere publico fideles ut Archangeli ; in mensa, platea, foro, lecto, etc., honesti, pudici, composti, sancti ut Angeli. Vide S. Bernardum, tract. De modo bene vivendi, ad sororem, ubi ostendit quidam debeat eum esse conversatio in tempore, cubiculo, mensa, colloquio, lectione, somno, etc.

Id præstiterunt primi Christiani, qui proinde proprio nomine vulgo vocabantur Sancti, ut passim eos vocat S. Paulus. Audi S. Justinum philosophum et martyrem, Christianorum sui avii, id est, anno Christi 130, vitam et mores graphiche depingentem, epist. ad Diogenetum, 1 : « Patrias, inquit, habitant proprias, sed tanquam iniquitum. Omnim particeps sunt, ut cives ; et omnia patiuntur, ut peregrini. Omnis peregrina regia patria eorum est, et omnis patria est peregrina. Uxores ducent utalii omnes ; et liberos præcurent, sed non abjectiū fetus. Mensam communem apponunt, sed non impuris communem. In carne sunt ; sed non secundum carnem vivunt,